

A tudo Auer. est respondere ad quæstionem ante magistrum. Et quia intentio Aristoteli inferius est ista, quod substantia est principium, & elementum, ad quod omnia alia habent referri solui, & hoc in genere causæ materialis nõ formalis, ut diximus de mente eius in comẽ. 2. quarti Meta. & ex hoc potest bene patere error, tenentium habitudinem accidentis ad substantiam esse causam formalem accidentis. cū Auer. ubique huc sententiã aduerferet. & Aristoteli expresse in prædicto loco, ubi ex intentione determinat accidentia ex propriis consistere principiis ex quibus sua forma dependet, ut à causa proxima: licet dependeat à principiis substantiæ, tanquam à causa remota. Amplius Aristoteli primo Topicorum. capi. tertio, expresse uult quod in omni genere est inuenire propriam quidditatem. Amplius Aristoteli in duodecimo Metaphysicorum in text. commen. tertio, quod pulchre exposuit ibi Cõmentarius. determinat quomodo accidentia non sunt entia, nisi quia entis, uolens enim Aristoteli. aliam assignare causam, quare de substantia tantum sit considerandum, inquit. Et insuper nec entia, ut simpliciter est dicere, alia: sed qualitates & motus, aut & non album, & non redum: eia: mus enim esse & hoc puta est non album. ubi Commentarius in commento inquit. Hoc est alia causa propter quam considerandum est de substantia tantum. Nulli enim aliorum, inuenitur simpliciter, sed in substantia, uerbi gratia, qualitas non dicitur ens simpliciter, neque motus: sed dicitur esse qualitas, & esse motus. Motus enim est motus alicuius, & qualitas esse, qualitas alicuius. Substantia uero non est substantia alicuius. Ens igitur simpliciter, & principaliter est substantia. Et quia aliquis potest dicere quomodo alia prædicamenta diminuuntur tantum à substantia, & hoc nomẽ ens dicitur de omnibus: Dixi, respondendo similiter inuenitur non album, id est & hoc nomẽ ens, quantum dicitur de eis, tamen dicitur quod hoc est album, & hoc est mobile, tamen hoc nõ datur perfecte, ut habeat esse, quoniam hoc etiam dicitur ens in negando esse cum dixit, hoc est nõ album, & non redum. Vbi manifeste colligitur de mente Philosophi, & Commentarius. ens formaliter dicitur de substantia, & de accidentibus, licet simpliciter, & absolute dicitur, ut sic de substantia tantum: quia accidentia non habent esse simpliciter ita perfectum, sicut habet ipsa substantia, & ratio, ut inquit Aristoteli, & Com. in com. est quia sola substantia separabilis est, quia ipsa per se existit, aliorum autem nullum, unde sola substantia, ut inquit ibi Commentarius, in com. est constans per se: sed alia sunt in substantia, & isto modo accidentia dicuntur non entia, quia non per se existunt sine substantia, non tamen quod nullum esse formale de se habeant, quia habent, licet non ita perfectum sicut est esse substantiæ. Nam creaturæ etiam nõ habent esse que perfectum sicut habet Deus, propter hoc tamen non dicimus, neque negamus creaturam esse ens formaliter, nec dicimus creaturam formaliter esse ens per essentiam habitudinem em dependentiam, quia dependet à Deo. Nam ut scribit Aristoteli. quinto Metaphysicorum. text. commen. 23. homines multæ sunt causæ, sed quare homo sit homo nulla est causa: secundum se enim homo est homo, unde non quia Deus est Deus, ideo homo est homo, licet à Deo sit homo. Forte dices quod impedit analogia entis ne accidens formaliter sit ens, quia analogice dicitur de substantia, & de accidente. Sed nec hoc stare potest. Nam substantia etiam analogice dicitur de materia, & de forma, & de substantia composita ex materia, & forma. ut dicitur. 7. Metaphysicorum. text. commen. septimo. Attamen materia secundum se est substantia, sicut suo modo forma. Nam ut inquit Albertus cognomento magnus. 7. sue metaphysicorum. tracta. secundum. com. quarto. in speciali digressione, quam facit declarando quomodo forma causa sit, quod materia sit in actu, & que sit in causa unitatis materiæ, inquit in forma secundum se actus est, sed forma non est causa, quare materia sit in substantia, tamen forma est causa, quare materia est, seu sit in effectu, siue in actu, non tamen est causa, quare materia sit materia. Bene uerum est, quod forma est quæ dat

esse in actu ipsi materia, & non dat esse in actu in quantum est hæc forma, uel illa, sed in quantum forma, &c. Confirmitur, quia natura etiam analogice dicitur de materia, & forma, & tamen materia est natura, & alia natura formæ. Amplius cum accidentia sint principium formale agendi, & in actione reali, sicut corpora cœlestia agunt mediante lumine, & motu, de quo Aristoteli dixit in principio. 8. de Physico audito, quod est tanquam uita omnibus natura substantiis. & in principio libri Meteororum, inquit oportet mundum inferiorum superioribus latius esse continentium, ut omnis eius uirtus inde gubernetur. & in secundo de Generatione, & corruptione, & in quarto Meteororum reducit omnem alterationem, & transmutationem substantialem ad quatuor primas qualitates, & uirtutes elementorum: quarum duæ sunt actiua, & duæ passiua, sunt etiam accidentia principium in actione spiritali iam sensitiua, quia obiecta sensuum, aut sunt sensibilia propria, aut sunt sensibilia communia, & talia sunt qualitates, & accidentia sicut patet. nam sensibilia propria sunt qualitates de tertia specie, quæ dicuntur passionēs, & passibiles qualitates, ut inquit Aristoteli in Prædicamentis, eo quia passionem inferunt in sensu: sunt etiam principium agendi in actione spiritali intellectus, quia primo de Anima text. commen. undecimo, accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendum quod quid est. Accidentia igitur formaliter sunt entia per propriam & intrinsecam rationem. nõ enim quia substantia est substantia, ideo accidens est accidens. Propositio igitur famosa quæ dicit, accidentia, sunt entia: quia entis, uera est in genere causæ materialis, non formalis. nota enim reduplicacionis potest unumquodque genus causæ reduplicare. Tot enim modis dicitur secundum se, quot modis dicitur causa, quinto Metaphysicorum. text. commen. 23. & sic intelligitur dictum Auerro in libro Deltæ in disputatione. 6. in solutione sexti dubii. ubi inquit, radix namque accidentium est quod ab aliis habeant sustentationem, & quidditatem. Similiter etiam quando dicitur, accidentia non esse entia simpliciter, intelligitur quia non habent esse perfectum, sicut habent substantiæ, quia esse simpliciter est per se existere, & per se consistere, & tale esse substantiarum est, quia omnia accidentia fundantur in substantiæ, & nullum separari potest ab ipsa ista glossat Commentarius. 2. Metaphysicorum. commen. tertio.

Accidens uni, non potest alteri esse substantia.

Propo. 9.

F A M O S A est propositio, & elicitur ex dictis Philosophi primo Physicæ auscultacionis. text. commen. 27. & 30. ubi dicitur, quod uere est, accidit nulli. Ad uerte igitur, quod accidens apud Philosophos fuit quantum adque ut distinguitur contra substantiam: & quandoque sumitur pro extraneo, ut distinguitur contra id quod est derei, quidditate, eo modo quo Logici sumunt in fallacia accidentia, & diuini omne id quod non est de quidditate rei accidens appellant. sic dicimus quod homo accidit animali, & uniuersaliter omnia inferiora dicitur suis superioribus accidere. * Sic etiam Aristoteli in Prædicamentis dicit, quod homo est accidens domino, & in secundo de Anima text. cõ. 65. inquit, quod accidit albo diari filius ubi The. inquit quod in more Aristotelico est substantia, & subiecto nomẽ accidentis assistere, & Boethius in praxicamebis ubi supra dicit quod consuetudinis Aristotelice est, quæ secundo loco & extrinsecus prædicantur, dicere secundum accidens prædicari. Accidentis igitur ut distinguitur contra substantiam respectu unius, non potest esse substantia respectu alterius, in his quæ uniuoce participant rationem eius. sic damnatur Alexan. ab Auer. 8. Metaphysicorum. comẽ. qui posuit caliditatem esse formam substantialem in igne, cum sit qualitas in mixtis, & sit eiusdem rationis in utroque, nam sensus tactus qui est uerus iudex qualitatium tangibilium uniuersaliter immutatur à calore ignis, & à calore mixti sine aliquo discrimine. Scientia tamen in nobis est qualitas, ut patet ex

Theorema. A ii

D

E

Summa totius limitationis.

Accidentia nõ esse entia simpliciter, isto intelligitur.

F

ADDITIO.